ECCE ROMA

DE VITA COTTIDIANA ROMANORUM

composuit Anne Millard
pinxerunt
Joseph McEwan · Roger Mann
in Latinum convertit
Ulrich Streckfuß



sumptibus
Otto Maier Verlag Ravensburg
MCMLXXXIII

Anne Millard

RTB Sachbuch

ECCE ROMA



DE VITA COTTIDIANA
ROMANORUM

Index capitum

III	De hoc libro
IV	Res Romanae breviter adumbratae
VI	De vita urbana
VIII	Quomodo Romani obsonaverint
X	De villa urbana
XII	De cena cibisque
XIV	De apparatu atque supellectile
XVI	De vestitu atque ornatu
XVIII	De facie exornanda
XX	De educatione
XXII	De balneis vel thermis
XXIV	De ludis circensibus
XXVI	De musica, saltatione, theatro
XXVIII	De ludis corporisque exercitationibus
XXIX	De equorum curriculis
XXX	De villis hortisque
XXXII	De re rustica
XXXIV	De opificibus
XXXVI	De architectura fabricaque
XXXVIII	De religione
XL	De festis temporibus
XLI	De familia
XLII	De servis et civibus
XLIII	De re publica gubernanda
XLIV	De liberalibus studiis
XLVI	De exercitu
L	De vecturis
LII	De architectura
LIV	De deis deabusque
LVI	De rebus gestis Romanorum
LVIII	Vocabula

Als Ravensburger Taschenbuch erschienen 1983
Die englische Originalausgabe erschien 1981 bei Usborne Publishing Ltd.
unter dem Titel „Usborne Pocket Guide to Ancient Rome".

© 1981 Usborne Publishing Ltd., London

Die deutsche Ausgabe erschien 1982 als Ravensburger Taschenbuch Nr. 749 unter dem Titel „Das war Rom".

© 1982 Otto Maier Verlag Ravensburg für die deutschsprachige Ausgabe

Ins Lateinische übertragen von Ulrich Streckfuß

© 1983 Otto Maier Verlag Ravensburg für die lateinische Textfassung

Alle Rechte dieser Ausgabe vorbehalten durch
Otto Maier Verlag Ravensburg

Gesamtherstellung: Officine Grafiche Piffarerio S.A.S., Monza
Printed in Italy

5 4 3 2 1 87 86 85 84 83

ISBN 3-473-38870-X

EX LIBRIS ARMAURIUMQUE

De hoc libro



Hoc libro centenis imaginibus illustrato Romanorum vita revivescet. Describitur consuetudo vivendi velut convivium (vide imaginem) aliaque, quae rerum antiquarum adhuc ante oculos poni possunt.



Nonnullis in imaginibus vides aedificia, villas, domicilia, templa, quarum ruinae adhuc stant. Sunt etiam aedificia, quae pristinum fere statum teneant velut Pantheum (quod templum supra vides).



Interdum picturas, statuas, opera musiva repraesentamus. Haec imago aliquot symphoniacos monstrat.

Praeterea invenies res usus cottidiani depictas velut supelectilem, opera figlina, mundum muliebrem, arma. Quarum rerum aliquot e picturis et libris, maxima pars e rebus ipsis visis sumpta est.



Rerum Romanarum duae fere aetates distinguuntur: res publica libera et tempora Caesarum, quae significationes tibi saepius occurrent. Plura de rebus gestis atque res gerentibus pagina quinquagesima sexta et quinquagesima septima invenies.
Certe non ignoras illud „a. Chr. n." „ante Christum natum", „p. chr. n." „post Christum natum" significare.



Etiam nostris in regionibus vestigia Romanorum et in museis et in aliis locis adhuc hodie inspiciuntur.



Quamquam hic libellus urbe Roma continetur, totius imperii homines eodem fere modo vixisse apparet.

Res Romanae breviter adumbratae


Urbs Roma anno septingentesimo quinquagesimo tertio a. Chr. n. condita plus mille annos floruit.
Orta est a compluribus vicis in collibus prope Tiberim sitis. Secundo saeculo a. Chr. n. Roma caput imperii immensi fuit, quod totam fere Europam atque Asiae Africaeque partes continebat. Terras expugnatas Romani provincias appellaverunt. Hic libellus praecipue de Romanis eorumque finitimis primo et secundo saeculo p. Ch. n. narrat.



Italia secundo a. Chr. n. saeculo

De Romanis

Romani inter eos, quibus iura civilia erant et eos, quibus non erant, differebant. Cives constabant e plebeiis (qui minus valebant), equitibus (hominibus copiosis ac latifundiorum possessoribus), magistratibus, patriciis (qui antiquitate generis florebant). Anno fere quadringentesimo p. Chr. n. etiam clientes (publicani et rustici) civitatem acceperunt.



De vestigiis Romanorum adhuc conservatis



Homines docti studio rerum antiquarum commoti reliquias urbium, villarum, aliorum aedificiorum ex terra effoderunt, quibus vita cottidiana Romanorum evocata est.



E multorum aedificiorum reliquiis conservatis imaginem Romae antiquae adumbrare possumus. Imago ruinam fori monstrat.

Praecipue Pompeiis ac Herculaneo multae res maximi momenti reperti sunt. Vesuvio anno septuagesimo nono p. Chr. n. erupto illae urbes cineribus obrutae et adhuc conservatae sunt.





Nonnullarum domuum opera tectoria homines vel res vitae cottidianae demonstrant. Alia historias fabulares narrant.



In bibliothecis multorum poetarum atque rerum scriptorum opere deposita et nobis tradita sunt. Quae vitam cottidianam et res gestas diligenter describunt.

Rerum Romanarum praecipue hae memoriae tradendae sunt. Plures pagina sexagesima ac sexagesima prima invenies.

753 a. Chr. n.	Roma conditur, a regibus Etruscis regnatur
510 a. Chr. n.	Reges fugantur, rei publicae liberae fundamenta ponuntur
73–71 a. Chr. n.	Spartaco duce servi seditionem movent
59–51 a. Chr. n.	Bellum civile exoritur, Caesar dictaturam sumit
44 a. Chr. n.	Caesar interficitur
27 a. Chr. n.	Augusto imperatore tempora Caesarum incipiunt
9 p. Chr. n.	Arminius Cheruscus in saltu Teutoburgensi Romanos devincit
64 p. Chr. n.	Nerone auctore Christiani vexantur
395 p. Chr. n.	Imperium in duas partes separatur
410 p. Chr. n.	Gothi Romam diripiunt
476 p. Chr. n.	Ultimus imperator imperio cedit

De vita urbana



Et Romae et in aliis urbibus homines domus trium aut quattuor tabulatorum habitabant. Pleraeque circuitu publico cingebantur et plano pede tabernas habebant.


Nonnulla aedficia tali more constructa erant, ut paucis annis post corruerent. Tamen magni pretii locabantur.



Noctu vigiles facibus instructi vias permigrabant, ut cives salvos praestarent. Etiam videbant, ne portae paterent.



Quia homines persaepe ignem in receptaculis apertis accendebant, semper periculum erat, ne incendium excitaretur. Quare incendiis restinguendis **cohortes vigilum** constituti erant.



Aquae tubis de lacibus fluviisque in urbem transportabantur. Vallium superandarum causa aquae ductus constructi erant.



Plerique aquam ex puteis hauriebant balneisque publicis lavabantur.



Perpaucis aquae ductio ad domum erat, sed erant, qui pecunia carentes clam aquam immitterent.



Multi, qui privatis carebant, publicis sellis familiaricis utebantur.



Aquae imbrium sordes – que urbis aquae ductibus subterraneis deducebantur, quorum maximus **cloaca maxima** (quae etiam hodie exstat) appellabatur.



Crepidines via aliquanto editiores erant. Viis lapides impositi erant, quibus homines commode transire possent. (Vehiculis caute vehendum fuisse apparet.)



Homines, quibus culina non erat, panem in pistrina emebant.

De tabernis atque popinis

Hic homines cibos potusque emebant aut vinum bibentes sermonibus familiaribus utebantur. Tabernae loco plano sitae erant et in viam aperiebantur.



Quomodo Romani obsonaverint



Pleraeque tabernae in viam aperiebantur. In fronte mensa stabat. A prima luce – meridiatione excepta – usque ad vesperum apertae erant. Hic servi pro familia sua obsonabant. Noctu tabernarum frontes luminaribus occludebantur.



Multae tabernae oleum olivarum vendebant, quod et lucernis inflammandis et cibis parandis adhibebatur. Aliquot tabernae propriis torcularibus oleariis utebantur. Oleum urceis solo immissis conservabatur.



Pistores frumentum mola terebant. Farina subacta pistor panem planum, rotundum formabat atque fornace lateraria coquebat.



Romanae varii mercatus habebantur, quorum quisque proprium mercium genus velut carnem vel pisces vendebant. Aliis in urbibus octavo quoque die in foro nundinae habebantur. In foro negotia agebantur, sermones de re publica habebantur, causae dicebantur.



Ne commercium cottidianum impediretur, merces noctu in urbem vehebantur.



Mercibus horrea sufficiebant, quorum pars portui suberat, ut naves facile exonerari possent.



Mercatores stateris utebantur, quae scapo constabant punctis distincto, quae pondera discriminabant.



Aedilium munus erat mercium, ponderum, modorum bonitatem custodire.



Prope forum eae tabernae sitae erant, quibus res ad luxuriam pertinentes velut libri, aquae odoratae, supellex pretiosa venibant.



Mercatores, quibus neque taberna neque ius mercatus erat, mercibus umeris impositis per vias migrabant.



Argentarii pecuniam immenso faenori dabant.

De pecunia



Nummi antiquissimi, quibus bovis imago expressa erat, e cupro vel aere constabant. „**Pecunia**" a **pecore** derivata est.



Temporibus posterioribus Romani aeneos nummos rotundos fabricabantur, quorum in altera parte Ianus anceps effictus erat, quorum in altera navis.



Post annum ducentesimum p. Chr. n. nummi argentei in usu erant: primo denarius, postea sestertius (quarta denarii pars).



Imperatoribus regnantibus **aurei** usurpabantur, qui saepe imperatoris imaginem continebant velut Augusti (vide imaginem).



Erant nummi, qui res magni momenti commonefacerent velut Caesarem Idus Martis necatum.



Etiam expugnationes vel opera singularia nummis imprimebantur.

De villa urbana



Romanis divitibus solis domus in media urbe suppetebant. Plurimae eodem more constructae erant et parte aversa in peristylia aperiebantur. Hospites aedes intrantes in atrio salutabantur.



Ostiis ansae adplicatae erant. Haec domum Pompeianam ornabat.



Supra claves claustraque vides. Ut fures prohiberent, Romani ostiis magni ponderis atque claustris bonis utebantur.



Saepe canes villas tuebantur. In hoc opere musivo (item Pompeiano) legis: „Cave canem“.



Diviti complures coqui serviebant, quorum alius alii cibi parandi peritus erat. A servis adiuvabantur. Olera iuraque in focis carbone vel ligno calefactis coquebantur, caro supra flammam frigebatur. Praecipue vasa fictilia (fragilia quidem, sed vilissima) in usu erant.



Ecce ollae vasaque coquinaria. Urcei magni amphorae nominantur, quibus vinum vel oleum conservabantur.




Romani vinum **cratere** (h. e. vas magnum) aqua miscere solebant.



Herbae condimentaque pilo parvo in mortario conterebantur.

Talibus instrumentis aeneis liquorum calor conservabatur.



De cena cibisque

Pauperes praecipue pane pulteque vescebantur. Caro, pisces, olera deliciae rarae habebantur. Mane meridieque leves, vesperi largi cibi cenabantur. Erant dites, qui cenam in multam noctem preducerent.



Romanis digitis aut cochlearibus, numquam cultris „furcillisque“ ad cenandum utebantur.




Pecuniosis inter ferculas servi aqua mappisque digitos detergebant.

De conviviis



Temporibus prioribus viri feminaeque separatim, sed temporibus Caesarum promiscue cenebant. Raro plus novem convivis invitati erant. Inter cenam Romani in tricliniis cubabant. Interdum musici saltatoresque cenantes delectabant vel poetae scriptoresque opera sua recitabant. Nonnulli Romani placato stomacho, ne cenandi finis esset, vomebant.



Cenae principium gustatio erat.

Caput cenae e variis generibus carnis et piscium constabat.

Secundae mensae placentae mellitae, dulcia, fructus, nuces apponebantur.

De vasibus

Ecce aliquot urcei, pantinae, cetera instrumenta, quibus Romani cenantes utebantur. Constabant e creta figulari vel vitro vel aere vel argento vel auro, ut quisque dives erat.



Erant vasa vitrea aut paena perspicua aut spissa atque picturis candidis distincta.







Provinciae cuique proprius modus ollas conficiendi erat. Pulcherrimas Sami fabricabantur. Multorum operum origo adhuc notum est, quia figuli ea insignire solebant.

De apparatu atque supellectile

Permulti homines parsimonia apparatus contenti esse debebant. At nobilibus apparatus magnificus erat: mensae aeneae vel marmoreae, armoria lignis pretiosis compositae, arcae ebure vel auro vel testudinis putamine exornateae.









Cathedris feminae, hospites, senes soli utebantur. Romani in scamnis sedere solebant, quae saepe complicari poterant.

Vestimenta resque alicuius pretii in armariis arcisque reservata erant.







Mensae escariae erant humiles et rectis angulis, nonnullae rotundae vel ex longo rotundae, quae soli decori erant.

Statuae vasaque antiqui operis mensis vel spiris impositae erant.




Inter cenam Romani in lectulis cubabant, ad quos ascendendos saepe scamno opus erat.

Lectuli e loris scorteis vel funibus constabant, quibus stragulum impositum erat. Insuper tegumenta pulviniusque iacebant.

De lucernis



Lucernis accendendis oleum adhibebatur, quod ex olivis vel nucibus vel piscibus cel seminibus sesaminis contractum erat. Lucernae e materia fictili, pretiosiores ex aere constabant.







Nonnullae lucernae in podiis stabant.

Erant etiam lucernae pensiles, quae e tecto penderent.

Nonnullis **candelabris** bracchia erant, e quibus lucernae pendebant.

Quomodo Romani domos calefecerint











Romanis focula erant, quae carbone alebantur.

Pecuniosis **hypocausta** erant, in quibus ignis ad calefaciendas concamerationes superiores alebatur.



De vestitu atque ornatu

Plurima Romanorum vestimenta lanea vel linea, rarius xylina vel bombycina erant. Viri toga candida vestiti esse solebant.

Viri sub toga subligaculo tunicaque induti erant. Civibus solis licebat toga vestiri, quae corpori circumvolvebatur.



De togis



Togae candidae erat, sed cum occasio offerebatur, Romani togis coloratis utebantur. Lugentes toga nigra vestiti erant. Toga praetexta margine purpurea, toga imperatoria violacea et auro distincta erat.

De feminarum vestimentis

Feminae vestitus e tunicula, tunica (vel tunica manicata), stola constabat. Si occasio fuerit, insuper palla induta erat.





Stola margine ornata vestis sollemnis habebatur.



In via femina honesta caput obtegere solebat.

De vestitu infantium



Pueri puellaeque eodem more vestiti erant quo viri feminaeque. Filii divitum **toga praetexta** induti erant



Viatores variis paenulis induti erant.



Supra vides soleas, calceamenta, calceos, qui corio confecti esse solebant.

De ornamentis



Romani Romanaeque anulos magni aestimabant.



Fibulae paenulas vel tunicas continebant.




Neque sardonyces parvi aestimabantur, quibus facies vel figurae liberales exsculptae erant.



Romanae catenis monilibusque aureis se ornabant. Multa genera lapillorum pretiosorum illis nota erant, quorum margaritae, opali, smaragdi maxime accepti. Adamantes in usu non erant, quia aegre tractari poterant.



Ecce armillae diversae. Romani similiter atque Graeci serpentis formam valde diligebant.



Plerisque feminis auriculae perforatae erant. Inaures, quas vides a dextera parte, uvarum similes e margaritis constant.

De facie exornanda



Libera re publica ineunte barbae capillique virorum breves atque simplices erant (aliquamdiu barbis carebant).



Caesarum temporibus adulescentes erant capillo promisso, crispo, uncto et barba artificiose recidebatur.

Divitibus servi crines barbamque recidebant, alii tonsorem adibant, apud quem familiariter cum amicis colloquerentur.





Romani variis contra calvitiem remediis utebantur, quorum complura elementis putidis composita erant. Qua re non pauci capillamenta anteponebant.



Re publica libera ineunte feminae crines nodo simplici compenebant. At temporibus posterioribus varii modi crines fingendi fuerunt velut crines nexi, anuli, cincinni.

Cincinni calamistro efficiebantur. Imago comptus varios monstrat.



Feminae interdum comptus conservandi causa vittis utebantur, divitibus anuli gemmis ornati atque diademata erant.



Et acus discriminales eburneae vel aureae decori erant.



Feminae aliquamdiu, ut crines flavos vel rutilos haberent, aut infectore suco aut capillamentis (e servarum crinibus compositis) utebantur.



Etiam supercilia vellebant oculosque tenui favilla signabant.



Erant dentes falsi eburnei. Romani dentes pulvere cretae simili purgabant.

Haec puella aquam odoratam in lagoenam infundit. Aquae odoratae floribus, condimentis, lignis efficiebantur. Quas et feminae et viri libenter adhibebant.





Ut rugas vitarent, feminae unguentis utebantur, quae ex. gr. e farina lacteque asinarum constabant.



Imago monstrat aliquot instrumenta feminis nobilibus utilia. Apparet specula argentea esse.



Servae dominam suam sollemni praeparant. Facies purpurisso cerussaque depingebatur. Ungues colore rubro tincti erant. Pigmenta plantis vel pulvere conficiebantur.

De educatione



Primo infantes a matribus erudiebantur. Puellae artem coquendi ac stamina nendi discebant.



Pueri septem annos nati patres aemulabantur, ut rustici vel fabri milites fierent.



Infantes nobili genere nati artem legendi atque scribendi discebant, quia magistratibus vel negotiis studebant.



Temporibus posterioribus Romanae nobiles liberos suos nutricibus vel servis commendabant.



Erant pueri, qui domi a magistris Graecis erudirentur.

De scholis

Pueri sex vel septem annos nati scholam publicam frequentabant, qua artem legendi, scribendi, arithmeticam discerent. Magistri severissimi esse solebant atque discipulos pigros castigabant.





Discipuli minores stylo tabulis ceratis inscribebant, ut errores facile corrigere possent. Maiores natu pennis atramento immersis papyro inscribebant. (Pennae calamo vel metallo confectae erant.) Arithmeticae abacus usui erat



Pueri duodecim annos nato meliore educatione usuri scholam frequentabant, quae **grammaticus** apellabatur. Ibi lingua Graeca, historia, geographia, mathematicis, operibus clarorum scriptorum instituebantur.



Adulescenti ad rem publicam accesuro arti dicendi incumbendum erat.



Adulescentibus litterarum studiosis et publico et privato sumptu bibliothecae constituebantur.



In educando certamina gymnica summi momenti erant, ut pueri militiae assuescerentur. Schola finita pueri corpora exercebant: cursus certamine vel luctatione, vel certamine battuendi.

De ludis



Discipuli maior pars diei in schola agenda erat. Deinde balneis aut ludi delectabantur.

Infantes libentissime trochis et aleis (quae aleis nostris consimiles erant) ludebant.



Erant, qui equorum curricula asinis imitarentur.



Huius generis pupi in sepulcris infantium inveniebantur.

De balneis vel thermis



Toto in imperio balneae reperiebantur, quae Romae vero statuis marmoeque abundabant. Ibi multi cives maximam diei partem degebant, quia aditus minimi stabat. Hic homines non solum lavabantur, sed etiam corpora exercebant, hortis recreabantur, mentem bibliothecis excolebant, negotiis occupati erant. Alii amicos conveniebant atque colloquebantur. Viri feminaeque separatim, rarissime coniunctim lavari solebant.



Primo vestimenta deponebantur. Semper timendum erat, ne fures ea surriperent!)



Ante lavationem corpora exercebantur.



Sub **laconico** parietesque aer calidus circumferebatur. Labrum aqua aestuante impletum vaporem emittebat.



Deinde in **caldarium** vapore plenum perveniens in sudationem procedebat. Labrum aquam calidam continebat.



In **hypocausto** ignis servorum assiduo labore aquam calefaciebat, quae per tubos fictiles vel plumbeos in concamerationes superiores ducebatur.







Romani sapone non utebantur, sed – servis aut famulis saepe adiuvantibus – oleum corpori infricabant, quod **strigili** destringebatur.

Qui caldarium reliquerat, **tepidarii** aqua modice calida recreabatur.



Frigidarium erat piscina ad natandum saepe sub caelo situm. Post natandum Romani aut quieti se dabant aut gustationibus se delectabant.

Post lavationem



Qui depsi volebat, aliptam conducebat.



Etiam tonsores ornatoresque officiis fungebatur.



Qui senosis studebat, orationibus vel colloquiis intererat.



Balneis **xysti** vicini erat, in quibus homines ambulabant vel amicos conveniebant vel negotis implicati erant.



Thermis saepe bibliothecae continebantur.

De ludis circensibus

„Ludi“ re vera erant caedes cruenta, qua cives oblectarentur. Ludorum fundamenta anno ducentesimo sexagesimo quarto a duobus fratribus positi sunt. Qui, ut patri mortuo inferias instituerent, servos sex ad certamen vitae coegerunt. Eius modi pugnae etiam deum ant victoriam colebrandi causa apparabantur.



Primo spectacula lignea, postea amphitheatra lapidea velut colosseum aedificabantur. Neque loci sordidi neque tabernae deerant. Initio gladiatores, saltatores, symphoniaci, histriones, sacerdotes cum ornatu magnifico introibant.



Gladiatores erant aut servi aut homines scelesti vel obaerati, qui in locis separatis praeparati erant.



Diversis modis armisque dimicabatur. Vides a dextra parte gladiatores duos, quorum alter Samnitum, alter Thracorum more vestitus est (hostes Romanorum). Gladiator rete fuscinaque utens **retiarius** appellabatur.







Haec sunt exempla ornatus gladiatorii.



Velarium super totam caveam extensum spectatores contra solem imbresque tuebatur.



Ante pugnam gladiatores imperatorem his verbis salutabant: „Ave Caesar, morituri te salutant!"



Altero gladiatore devicto imperator vitam eius diiudicabat. Mortem demissus, vitam sublatus pollex significabat.



Victores auro donabantur atque heroes celebrabantur. Multis victoriis partis nonnulli gladiatores libertatem redemerunt.



Erant, qui oculis obligatis ex equo pugnarent.



Aliis cum bestiis feris velut leonibus vel tigribus depugnandum erat.



Naumachiae spectaculi loco editae spectatores summo gaudio afficiebant velut pugna Persarum cum Atheniensibus (arena enim inundari poterat!).



Bestiae e terris alienis delatae proponebantur. Aliquando multitudo camelopardalium et struthocamelorum praeda sagittariorum fuit.



Erant etiam bestiarum inter se certamina.



Bestiae fame confectae Iudaeos vel Christianos vel sceleratos obtruncabant.



Pugnis finitis cadavera auferebantur et cruor harena obtegebatur.

De musica, saltatione, theatro

Symphoniaci et saltatores et privatis et publicis sollemnibus intererant. Quo munere servi vel liberti fungebantur.





Imago monstrat instrumenta musica, quibus Romani utebantur.



Romani nobiles musica erudiebantur, quam artem non nisi domi exercebant.



Interdum symphoniaci et praestigiatores in viam prodibant.

Caesarum temporibus saltatores sollemnibus interesse solebant, sed numquam civis Romanus ipse saltare ausus est.





Quamquam Romani mimo potius favebant, anno ducentesimo quadragesimo a. Chr. n. fabulae Graecae docebantur.



Histrionum capita personis obtecta erant, quae hominum mores significarent



Fabulae scaenicae primo in pulpitis ligneis locum habebant. Primo a. Chr. n. saeculo Romani theatris solida structura aedificatis utebantur. Spectacula arcibus atque fornicibus nitebantur (neque iam Graecorummore monti accubabant.). Cives aliquem numerum obtinentes scaenae proximi sedebant.



Histrionum munere liberti fungebantur. Imago monstrat histriones, qui se ad spectaculum praeparant. Feminis in scaenam prodire diu non licebat, qua de causa viri eas imitabantur.



Erant histriones, qui apud populum in magno honore essent.



Choro soli, qui in orchestra stabat, loqui licebat. Histriones, qui **pantomimi** appellabantur, se loqui simulabantur.



Temporibus posterioribus histriones personis carebant et feminis quoque in scaenam prodire licebat.

De ludis corporisque exercitationibus



Cives Romani non ipsi certare solebant, sed corpori sano studebant. Omnibus urbibus **palaestra** prope therma sita erat, quo loco adulescentes luctando, cursu, saliendo, iaculando se exercebant.



Imprimis Graeci e certaminibus pecuniam faciebant, qui capillorum habitu cognoscebantur.



Pugiles **caestibus** utebantur, qui particulis aereis distincti erant quibusque adversarii gravissime vulnerarentur.



Erant pilae lusus varii, qui in villarum conclavibus propriis quoque ludebantur.



Run Romani nobiles apros ferasque grandes venabantur. Huius generis canes venatici e Britannia importabantur.



In locis Urbi propinquis multi piscando delectabantur hamo vel rete adhibitis.

De aliis ludis




Romani multis variis modis aleis atque latrunculis ludebant. Haec sunt aleae eburneae.

Ludum talarium Romani a Graecis acceperunt. Constabat e quattuor particulis osseis. Parti cuique numerus inscriptus erat. Aleis iactis numeri computabantur.



De equorum curriculis

Equorum curriculis in toto imperio homines valde delectabantur. Romae in **circo maximo**, qui ducenta quinquaginta milia capiebat, locum habebat. Aurigae habenis colligati erant, quas periculo instante cultro percutiebant. Sui servandi causa galeati erant. Aurigae in quattuor factiones divisi erant: russatam, venetam, prasinam, albatam. Spectatores de victoria pignora ponebant.





Curriculum septem cicuituum esse solebat Licebat adversarios in periculum vocare, quae res populo summo gaudio erat.



Victor auro donabatur atque heros celebrabatur.

De villis hortisque

Primo a. Ch. n. saeculo divites in pradeiis rusticis vel secundum oras iucunda villas magnitudine eximias aedificabant. Quae duobus tabulatis editae esse selebant. Horti amoeni aquis salientibus lacibusque ornati erant.





In hac tabula vides villam ad mare sitam.



Horti statuis vasibusque exornati erant. Hic puteus puero delphinoque excolitur.





Villarum in parietibus coloribus variis regiones vel dei deaeque fictae erant.



Pavimenta opere musivo aut saxis quadratis tecta atque figuris geometricis, animalibus, hominibus exornata erant.

De re rustica



Plerique Romani a principio in re rustica occupati erant, sed libera re publica exeunte magis magisque servi labore fungebantur. Rusticis servis carentibus res angustae erant, qua de causa paulatim summovebantur. Rustici praecipue frumentum, uvam, olivam colebant.

De tritico ac hordeo



Ante sementem ager arabatur. Aratra erant lignea, e bure vomereque composita.



Deinde rusticus sementem faciebat. (Triticum ac hordeum usitata erant.)



Messium tempore frumentum falcibus secabatur, stipulae urebantur, ager denuo arabatur.



Galli triticum metiendo carrum in fronte cultris praeditum invenerunt.



Ad trituram equi super aream agitabantur.



Frumentum a palea separabatur, saccis infundebatur, in horreo recondebatur.

De fructibus ac olitoribus



Uva et cenando et vinum parando colebatur. Vindemiarum tempore uvae carpebantur, fiscinis imponebantur, domum portabantur.



Ut vinum pararent, viri baculis nitentes uvas conculcabant.



Torculario quantum suci restabat exprimebatur. Deinde dolia implebantur.



Oliva in multis imperii regionibus colebatur. Oleum ad coquendum, purgandum, lucernas accendendum adhibebatur.



Romanis etiam arbores pomiferae erant. Hic vir arbori surculum inserit, ut fructus meliores pariat.



Ex fundis extra Urbem sitis agri cultores olera suppeditabant.

De carne ac piscibus



Gallinae, anseres, anates ovorum carnisque causa colebantur.



Romanis etiam boves, oves, sues, caprae erant. E caprarum vel vaccarum lacte caseum efficiebant. Hic servus capram mulget.



Nonnullis in praediis piscinae erant.



Romani praecipue feras grandes, apros, lepores, perdices, phasianos, palumbes venabantur.

De conductione



Rustici, quibus agri proprii non erant, fundum conducere cogebantur. Mercedulam pecuniam, frumentum, pecora dabant.

De opificibus

Primo plerique Romani erant agricolae, opifices, mercatores, mercennarii. At libera re publica exeunte multis operis servi fungebantur. Saepe plebeiis nullus quaestus erat. Nobilibus haec sola negotia honesta erant: rei publicae administratio, militia, res rustica. Feminae labore domestico contentae esse debebant.



Romae opifices **collegiis** consociati erant, quae concilia convocabant et ad convivia invitabant. Collegiati inter se pro muneribus communibus (velut impensis funeris solvendis) pecuniam colligebant.



Multi homines (praecipue servi) in pistrinis laborabant, in quibus hordeum molebatur panisque coquebatur. Erant pistores, qui molis asinis actis uterentur.



Iam primo a. Chr. n. saeculo Romanis molae aquariae notae erant, quibus tamen raro utebantur.



Fabri ferrarii aere, ferro, cupro arma, instrumenta supellectilem fabricabantur. Gemmarii auro argentoque fibulas, anulos, alia ornamenta efficiebant.



Vitri artifices vitrum fervidum atque liquidum formis figurabant. Ars vitrum flatu figurandi primo a. Ch. n. saeculo adhibita est.



Lignarii multis rebus operam dabant velut domibus aedificandis et apparatui fabricando. Multa eorum instrumenta nostrorum simillima sunt.



Ad naves construendas multis servis laborandum erat.



Figuli vasa coquinaria, vinaria, escaria efficiebant. Erant praediorum possessores, qui figulos proprios occupatos tenerent.



Sutores multos varios calceos fabricabantur velut caligas, soccos, soleas.



Lanificium textrinumque feminarum officia domestica esse solebant.



Fullonicam fullones faciebant. Primo textum urina madefaciebant, ut condensaretur.

Purgandi causa nitrum cretaque fullonia miscebantur et texto infundebantur, quo facto textrum pedibus calcabatur. Fullones etiam togas purgabant.





Ut exalbescerent, texta de tabulatis super ignem sulphureum suspendebantur. Vaporibus pestiferis multi fullones gravissimis morbis afficiebantur.



Textum purgatum carduis vel erinaceorum pellibus destringebatur. Lanea destricta pulvinis inferciebatur.



Textum siccabatur, complicabatur, prelo magno levigabatur.



Non omnes servi corporis muneribus fungebantur: servi eruditi saepe scribae erant. Erant etiam liberti, qui magistratuum participes essent.



Alii servi res dominorum suorum curabant. Quibus perfectis propria negotia explicare iis licebat. Pecunia redacta in libertatem restitui poterant.

De architectura fabricaque



Saxa ex lapicidinis publicis deferebantur, quibus in locis multi servi lapidibus dissecandis occupati erant. Etiam polyspasta adhibebantur. Ut lapidea absciderentur, saxum in variis locis pertundebatur, quibus cunei lignei aqua perfusi inserebantur. Qui intumescentes saxum confringebant. Interdum lapides serra in partes minores dividebantur.

Quia Romanis servi innumerabiles erant, permulta efficere poterant velut urbes, catella, pontes aquaeductus. Multa aedificia adhuc exstant. Saxa amovendi causa Romani polyspastis tabulatiisque utebantur.



De arcibus fornicibusque



Ad arcum erigendum statumen ligneum, curvatum duobus pilis imponebatur et duobus saxis cuneatis circumdabatur.



Eodem more fornix construebatur statuminibus muris duobus impositis

De materiis aedificandi



Multa aedificia tabulatis ligneis constructa, lapidus arenatoque impleta erant. Parietes gypsabantur.



Arenatum, quod e calce, harena, aqua, glarea constabat, siccando durescebat.



Romani ad aedificandum saepe lateribus utebantur, qui lateribus hodie adhibitis tenuiores erant. Argilla formabatur atque igne percoquebatur.



In villis divitum parietes picturis exornabantur. Pictor colores udo tectorio inducebat.



Et in publicis et in privatis aedificiis multae statuae marmoreae collocabantur, quae a sculptoribus lapidariisque confectae erant



Nonnulla pavimenta opere musivo (quod parvis lapidibus coloratis compositum erat) tecta erant.



Artifex hanc rationem adhibebat: arenatum umidum per exiguum spatium diffundebat atque poliebat.



Cui deinceps exemplar accuratissime imitans lapides imponebat.

De arte pontes faciendi



Primo naves complures coniungebantur. Hinc sublicae circulatim inter se coniunctae in alveo defigebantur. E caverna aqua antliis exhauriebatur.



Cavea saxis implebatur, qua ratione pilae pontis efficiebantur. Pilae satis in altum provectae viminibus contextis inter se iungebantur.

De religione



Romani caerimonia praecipue domi conficiebant. Cottidie ante lararium Vestae, foci deae, supplicabatur.



Lararium effigies larium penatiumque continebat, quae numina domum familiamque tutarentur.

De templis



Imago templum Romanum demonstrat. Omnia templa deo vel deae consecrata erant. Dei vel deae simulacrum in intimo templo collocatum erat. In ipsis templis numquam sacra communia sacerdotum civiumque fiebant.



Ante templum ara constructa erat, in qua diebus festi hostiae dis immolabantur.



Homines cura pleni vel precaturi templum eius dei adibant, cui maxime confidebant.



Ut deus propitius esset, tus vel pecunia vel res aliae sacrificabantur.



In templis sacerdotes sacra accipiendo ac perpetrando deos colebant.



Pontifex maximus reliquis sacerdotibus praeerat, quod munus Augustus (hac imagine repraesentatus) imperatoresque eum insequentes obtinere solebant.

De Vestae templo

Nonnulla templa forma circulari erant velut Vestae templum, Romae locus sanctissimus. In templo interiore Vestales virgines ignem perpetuo servabant.





Quinto quoque anno virgo eligebatur, ut per triginta annos virgo Vestalis esset Votum virginitatis ei strictissime servandum erat. Virgines Vestales privilegiis ac honoribus afficiebantur.

De vaticinationibus



Sibyllae erant mulieres fatiloquae in speluncis habitantes. Vaticinia litteris mandabant. Cum res publica in ancipiti erat, imperatores virique rerum civilium periti Sibyllas cosulebant.



Augures volatibus avium tonitruque futura praedicabant.



Similia **haruspices** hostiarum iecura inspiciendo divinabant.



Etiam pulli sacri pascebantur. Qui cum cibum capere volebant, deos propitions, cum nolebant, deos iratos esse significabant.



Stellarum cursus observando astrologi, quibuscum multis imperatoribus consuetudo erat, res futuras divinabant.



Homines simplices sortilegos convenire solebant, qui aleas iaciendo vel quasi mente divina incitati res futuras investigabant.



Homines aegroti saepe ante Aesculapii, artis medicinae dei, templum dormientes se recreatum iri sperabant.



Erant, qui fontibus vel balneis sacris lavarentur.

De festis temporibus



Romani multos dies festos habebat, quibus praecipue deus vel dea magnis pompis celebrabatur. Magistratibus hostiae curae erant, quae in ara immolabantur. Dies festi etiam ansam conviviorum amplorum et circensium dabant.



Annus Kalendis Martis initium capiebat. Ostia lauris exornabantur et Vestales virgines denuo ignem accendebant.



Singulari laetitia Saturnalia (Saturno deo conecrata) celebrabantur, quae mense Decembri locum habebant. Partes servorum ac dominorum mutabantur. Ita fiebat, ut domini servis servirent.



Lupercalia Urbem conditam memoriae prodebant. Vides statuam, quae lupam Romulum Remumque nutrientem repraesentat. Romulus conditor inclitus Romae fuit.



Floralia Florae deae consecrata erant. Per septem dies mensae floribu abundabant hominesque ornati floribus sertis saltabant

De familia

Temporibus veteribus patri familias ius erat infantes debiles vel mancos exponendi, quia ad laborandum et pugnandum inutiles erant. Cui rei postea finis factus est, sed pater etiamtum pueros puellasque regebat et sponsos vel sponsas eligebat.



Infans octo vel novem dies natus lababatur atque a parentibus nomen et **bullam** accipiebat. Bulla erat amuletum aureum vel coriacum



Puer adulescens factus sollemniter togam virilem induebat et bullam in armarium imponebat.

De nuptiis



Nuptiae sacris initium facere solebant. Post cenam nuptialem sponsa pompa sollemni ad novam sedem domesticam deducebatur, ubi maritus eam exspectabat. Caerimoniis confectis marita limen transferebatur.

Quomodo feminae vitam egerint

Olim feminis Romanis multa quidem officia, sed pauca iura erant. Totam vitam in manibus virorum erant: patris, matiti, filii (ut erant viduae). Neque ei licebat a marito discedere. Posterioribus temporibus feminae aliquam libertatem acceperunt.

De funeribus



Mortui nobili genere orti pulcherrimis vestimentis induebantur atque in atrio propanebantur. Amici propinquique accedebant, ut mortuum honoribus afficerant. Die funeris pompa funebris mortuum in forum sequebatur, ubi laudationes funebres habebantur.



Deinde corpus in rogo comburebatur cineresque in urnam colligebantur.



Uma tumulo gentilicio condebatur, qui extra urbem situm erat. Deinde silicernium celebrabatur.



Pauperum cineres catacumbis (sepulcris subterraneis ingentis magnitudinis) condebantur.

De servis et civibus

Infimum rei publicae locum servi obtinebant, quia dominorum suorum preprium erant. Servi docti vel dominis humanis fruentes vere aliquam vitam iucundam agebant. At plurimis pessimis condicionibus vivendum erat, qua de causa vita eorum brevis esset. Erant, qui evaderent, sed plurimos domini recipiebant.



Imperio Romano crescente milia servorum in foris venibant. Perpauci familiariter tractabantur.



Raro accidebat, ut servi praemiis afficerentur atque **manu missionem** adipiscerentur.



Manu missio magna caerimonia celebrabatur. Erant domini, qui testamento servos manumittendos instituerent.



Multi liberti opera ac labore mercatores vel opifices ampli fiebant, atque etiam erant, qui civitatem consequerentur.

De civibus

Civibus multa privilegia erant velut Thermarum circensiumque aditus. Eorum ordo toga significabatur. Tamen plerique in egestate vivebant.



Magistratus cives pauperes pane et circensibus sibi conciliabant.



Temporibus prioribus **equitum** erat equitatui praeesse, sed postea negotiatores erant ac divitiis abundabant.



In patriciorum numero familiae nobiles et ditissimi erant. Iis solis licebat rei publicae muneribus fungi.

Homines copiosi patrocinio auctoritatem amplificabant; cives egestos pecunia, cibis, vestimentis sibi conciliabant. Clientes hoc modo gratiam referebant: patrono magistratum ambiente civium animos ad patronum inclinare temptabant.



De re publica gubernanda

Rem publicam liberam senatus, qui e patriciis constabat, regebat. Magistratus ab omnibus civibus virilibus creabantur. Temporibus Caesarum vere imperator senatui praeerat ac magistratus designabat.



Senatus erat trecentorum (postea sescentorum) virorum, qui rei publicae praeessent atque de sumptibus publicis decernerent. In imagine vides senatorum concilium.



Vextillis litterae SPQR inscriptae haec significant: Senatus populusque Romanus.



Plebeiis propria concilia erant, quibus leges a senatoribus latas aut accipere aut repudiare poterant. Iis ipsis leges ferre non licebat



Plebeii tribunos creabant, qui eos ab iniuriis tuerentur. Quo munere postea imperatores fungebantur.

De cursu honorum



Adulescenti Romano, ut ad munera publica gerenda idoneus fieret, stipendia aliquamdiu facienda erant.



Deinde quaestons munere fungebatur: rem publicam de rebus nummariis consulebat.



Aedilis factus nundinas, aedificationes, ludos custodiebat.



Praetor iurisdictionem ac leges servandas curabat.



Summum magistratum consules obtinebant. Duo consules quotannis a comitiis creabantur et senatui praeerant.



Consularis saepe provinciam legatis adiuvantibus administrabat.

De liberalibus studiis

Non omnes artes eadem auctoritate erant. Magistri ex. gr. non in magno honore erant atque parvo praemio digni habebantur. Qua de causa Graeci praecipue magistri erant. Romani in erudiendo ad solam utilitatum spectabant: ex. gr. causidici magnae auctorotatis erant. Cui res publica capessenda in animo erat, iuris disciplina studiis se tradere solebat. Scriptores poetaeque parvum pecuniae quaestum habebant, qua de causa divitibus sibi faventibus egebant.



Vergilius poeta magnis praemiis afficiebatur. Carmine illo illustrissimo, quae „Aeneis" appellatur, de Aeneae Troiani facinoribus usque ad Roman per Romulum (Aeneae stirpem) conditam narrat.



Homini honorum cupido aditus ad summos magistratus non patebat nisi artis dicendi peritissimus erat. Imago monstrat Ciceronem, qui eloquentiae laude excelluit.



Philosophos (qui de sapientia hominumque vita cogitabant) Romani magna reverentia prosequebantur. Quorum opera multi cognoverant et ad quos multi doctrinam audiendi causa confluebant.



Arte impressoria nondum inventa libri manu perscribebantur, quo opere praecipue servi Graeci occupati erant.

De libris

Libri primi e papyri chartis conglutinatis atque ad volumina convolutis constabant. Postea codices libris nostris similes inventi sunt, qui e membranis compositi erant.



De iure

Ius Romanorum a legibus duodecim tabularum originem trahit, quae quinto a. Chr. n. saeculo datae sunt. In iis capitalium facinorum poenae constituebantur. Leges perpetuo augebantur atque emendabantur. Romani populorum subiectorum quoque leges acceperunt. **Honestiores et humiliores** legibus inter se valde differebant: hi poenis gravioribus affici solebant.



Reus aut se ipse defendebat aut a patrono defendebatur.

De medicina



Haec sunt instrumenta medicorum Romanorum. Erant multi medici periti, sed quia medicamentis antisepticis et soporiferis carebant, sectiones chirurgicae valde periculosae erant.

Romani primo medicis carebant et familiae ad morbos sanandos mixturas antquitus traditas adhibebant. Secundo c. Chr. n. saeculo medici Graeci Romam venerunt, qui sibi magnam pecuniam fecerunt. Vim medicatricem naturae vel victui vel medicamentis laxantibus attribuebant. Etiamtum medici exsistebant, qui medicinis animalium excrementis vel gladiatorum sanguine compositis uterentur.

De notis numerorum

Tabula numeros Romanos monstrat. Numerus minor maiorem antecedens maiore deducenda est, ex. gr. IV = 4 (5 – 1). Numerus minor maiorem insequens maiori addenda est, ex. gr. VII = 7 (5 + 1 + 1).

I	II	III	IV	V
1	2	3	4	5
VI	VII	VIII	IX	X
6	7	8	9	10
XI	XII	XIII	XIV	XV
11	12	13	14	15
XVI	XVII	XVIII	XIX	XX
16	17	18	19	20
XL	L	XC	C	CC
40	50	90	100	200
CD	D	DC	CM	M
400	500	600	900	1000

De fastis

Usque ad annum centesimum quinquagesimum tertium a. Ch. n. apud Romanos annus Kalendis Martis initium faciebat. Postea Kalendae Ianuarii designatae sunt. Praeterea annus in duodecim menses divisa est, quibus nomina deorum vel imperatorum vel numerorum data sunt. Eadem exempla nostrae mensium significationes sequuntur: „März“ Martem deum, „Juli“ Iulium Caesarem, „August“ Augustum in memoriam reducunt. Annus trecentos sexaginta quinque dies complectebatur. Anni intercalarii Romanis noti non erant, qua de causa anni tempora paulatim mutabantur. Qua re Caesar anno quadragesimo quinto fastos emendavit, quos anno millesimo quingentesimo octagesimo Gregorius papa iterum correxit.

De exercitu

Bellis fere perpetuis cum finitimus gestis Romani boni atque periti facti sunt. Principio omnibus civibus aliquid possidentibus propriis armis stipendia facienda erant. Bella aestate gerebantur.



In exercitibus primis quattuor genera militum stipendia faciebant: **hastati principes**que e iuvenibus levis armaturae, **triarii** e viris gravis armaturae constabant. **Velites** erant cives pauperes, qui ornatu militari carebant.



De exercitu emendato

Imperio crescente multisque bellis externis gestis exercitu militum mercennariorum opus fuit. Saeculo a. Chr. n. secundo Marius, quem a sinistra parte vides, exercitum correxit. Ille omnes milites vestimentis militaribus armisque exornavit atque stipendium auxit.



Militibus multi labores subeundi erant: et itinera facere et equitare et natare et castra ponere necesse erat.



Paulatim milites pro lorico thorace utebantur. In regionibus frigidioribus bracis induti erant.



Cuique militi ensis, pugio, pilum longum ac breve, galea, lorico, scutum erant. Cohortes (vide paginam insequentum) scutorum coloribus inter se differebant.



Legatis ac imperatoribus pretiosi ornatus militares erant. Imago monstrat Iulium Caesarem.

Qua ratione exercitus compositus fuerit

Temporibus Caesarum exercitus e duodetriginta legionibus constabat, quarum una decem cohortes complectebatur. Maxima erat cohors prima octingentos milites continens. Ceterae cohortes quaeque quadringentos milites comprehendebat. Cohors una e sex centuriis octoginta virorum constabat. Milites ordinarii legionarii appellabantur.



Certis legionibus propria nomina signaque erant. In imagine aprum, legionis vicesimae signum, quae **valeria victrix** appellabatur.



Cuique legioni legatus praeerat. Vexillum aquila ornatum **aquilifer** portabat.



Legato sex tribuni parebant, quorum princeps legati vicarius erat. Saepe adulescentes rem publicam capessuri tribuni initium faciebant.



Tertium dignitatis gradum praefectus obtinebat, cui arma, frumentum, castra collocanda curae erant.

Centuriae centurio praeerat neque centurionis vicarium et aquiliferum silentio praetermittamus.



tubicen

centurio

aquilifer



Centuria divisa erat in diversa **contubernia** octo virorum, qui unum tentorium habitant atque una cenebant.



Equites explorabant, quid hostes agerent et nuntios perferebant.



Qui civis Romanus non erat, auxiliis se adiungere poterat. Stipendio viginti quinque annorum facto civitate donabatur. Filiis legionarii fieri licebat.

De bello gerendo



Militi ad bellum proficiscenti haec portanda erat: arma, instrumenta, stragulum cubicularium, vasa coquinaria, trium dierum cibaria.



Vesperi castra collocabantur. Praesidio tentoria saepimento ligneo, fossa, aggere circumdabantur.

Imago medicum militem vulneratum adiuvantem monstrat. Militibus aegris vel vulneratis in valetudinariis optime curabatur. Praeter milites etiam medici, scribae, sacerdotes, agri mensores, fabri in legionibus munere suo fungebantur.





Milites ferreae cuidam disciplinae subiecti erant. Cuiuslibet delicti poenas solvebant: aut gravissimis plagis accipiendis aut supplicio.



Romani oppida oppugnandi peritissimi erant. Utebantur catapultis, quibus saxa emittebant, arietibus, quibus muros percutiebant, turribus ambulatoriis, quibus moenia ascendebant.



Conglobati milites et scuta scutis arcte iungentes invicem se protegentes (quod testudo appellabatur) hostium tela defendebant.



Saepe imperator militibus urbem diripiendam dabat.

Quomodo Romani imperium defenderint

Romani fines imperii castellis tuebantur, in quibus legiones collocatae erant, qui fines tuerentur, hostes invadentes arcerent, incolas coercerent.





Cuius generis munitiones etiam nunc inspiciuntur velut „limes“ in Germania vel vallum Hadrianum in Britannia situm.

De navibus longis



Naves longae erant naves actuariae compluribus transtrorum seriebus instructae. Romanis iis praecipue copiis transportandis utebantur, sed etiam proeliis cum Carthagieniensibus et piratis commissis usui erant.



De temporibus Caesarum

Praetoriani imperatorem custodiebant. Fidelitatis servandae causa magnis praemiis afficiebantur.



Virtutis praemia nummi pretiosi vel coronae dabantur. Milites militia perfuncti pecunia aut agris donabantur.



Victoria parta imperatores triumphos agebant arcusque vel statuas collocabant, ut se ipsos celebrarent populumque sibi conciliarent.

De vecturis

Imperatoribus regnantibus viae – maioribus impedimentis velut montibus exceptis – recta regione ferebant atque aliqua commoditate erant. His viis exercitus Romani ad regiones seditionibus commotas celerrime pervenire poterant. Millesimum quemque passum (circiter mille quingenta metra) lapis millarius significabat.



Multi Romani pedibus iter faciebant. Ditiores aut equo aut curru duobus vel quattuor rotis promoto vehebantur. Ad itinera longa magnae raedae tarde motae aptae erant, quae compluribus locum dabant.





In cauponis, quae viam tangebant, homines quieti se dabant aut equos mutabant.



Noctu tentoria ponebantur. Divites a servis custodiebantur.



Quamquam milites vias tutas reddere conabantur, semper latrones timendi erant.

Romae . . .



. . . interdiu vehiculis uti non licebat. Quare homines pecuniosi in lecticis cubantes servorum umeris ferebantur.



Plaustra noctu equis, mulis, bobus vehebantur.

De viarum munitione



Primo agri mensores viam novam baculis signabant. Soli aequitatem instrumento definiebant, quod **groma** appellabatur.




Fossa facta umbones ponebantur. Viae principales circiter octo passus latae erant.



Viae statumen e harena, lapidibus, silicibus constabat. Pavimentum lapideum erat declive, ut imbres delaberentur.

De navigatione



Navigia Ostiam portum prope Urbem situm appellere solebant. Dou piratae navigationi periculosi erant, sed Pompeius tandem eos devicit. Augusto imperatore quotannis classis circiter centrum viginti navium usque ad terras remotissimas velut Indiam navigabat.




Res magni ponderis saepe fluviis deferebantur. Aliae naves trahebantur, aliae velis remisque vehebantur.



Studio terras alienas videndi vel animi relaxandi commoti divites totum imperium obibant.


De architectura

Romani Graeciam expugnantes architectura tam incensi erant, ut non solum Graesum morem aedificandi imitarentur, sed etiam architectos fabrosque Graeces reciperent. Qua de causa architectura Romana Graecae valde similes est.



Apud Romanos quinque capitula usitata erant, quarum tria a Graecis accepta sunt. Columnis templa et portabantur et excolebantur.

Templa Romana Graecorum templis admodum similia erant. Pleraque quadriangula erant. Frontem fastigium triangulum columnaeque decorabant. Persaepe templum compluribus gradibus ascendebatur.






Erant etiam templa rotunda.

De urbibus designandis




Viae urbis aedificandae inter se aeque distantes atque alia aliam recto angulo secantes designabantur.



Urbi cuique forum inerat, in quo nundinae et concilia habebantur. Forum circumdabatur via fornicata tabernas continente, curia (senatui habendo), basilica (iudiciis exercendis).

Basilica primis ecclesiis Christianis exemplum fuit. Erat forma rectangula eiusque partes interiores ex apside, ambulatione spatiosa, compluribus ambulationibus minoribus, porticibus amplis constabant.




De cameris, fornicibus, tholis




Romani quamquam fornices non invenerunt, iis saepissime utebantur. In toto enim imperio pontes aquae ductusque ingentes aedificaverunt.




Portae triumphales Romae atque in provinciis victorias celebrandi causa construebantur.




Erant fornices proceri vel inter se coniuncti vel alter alterum recto angulo secantes.



Theatra in aequo construebantur. Cavea (apud Graecos monti accubans) fornicibus camerisque portabatur.



Eodem more Romani amphitheatra aedificabant, eodem circos rotundos vel ovales.



Tholi a Romanis inventi sunt. Quibus efficiendis spatium rotundum camera supertegebatur. Imago monstrat orthographiam panthei , quod adhuc hodie ecclesia usurpatur.

De deis deabusque

Plerique dei Romani Graecorum deis consimiles erant quamvis aliis nominibus signati. Etiam populorum victorum dei apud Romanos celebrabantur. Temporibus posterioribus homines imperatorem deum colere solebant. Romani credebant deos totam vitam custodia tenere. At primo p. Ch. n. saeculo multi – praecipue nobili loco orti – non iam in deos credebant.



▲ **Iupiter** (Zeus)*, vel Iup. tonans, deorum rex.

◀ **Iuno** (Hera), Iovis coniunx, mulierum atque partus dea.

▶ **Minerva** (Athena), dea sapientiae et opificum.

◀ **Mars** (Ares), belli deus.

Apollo (Apollon), solis et poesis deus

▲ **Venus** (Aphrodite), amoris ac venustatis dea.

Ceres (Demeter), dea agriculturae.

▲ **Diana** (Artemis), lunae et venationis dea.

▼ **Neptunus** (Poseidon), deus maris.

▶ **Mercurius** (Hermes), deorum nuntius mercatorumque tutor.

▼ **Faunus** (Pan) et **Flora**, tutores pastorum satorumque.

Bacchus (Dionysos), vini deus.

▼ **Pluto** (Hades) et **Proserpina** (Persephone), deus deaque inferorum.

* nomina Graeca insequuntur.

De mysteriis atque deis alienis

Libera re publica exeunte multi Romani in deos indigenos non iam credebant et ad numina adhuc ignota se convertebant, qui caerimoniis arcanis colebantur et felicitatem aeternam promittebant.



Erant Romani, qui caerimonias novas, ut erant sacra arcana, aegre ferrent.



Plerique ritus peregrini, praecipue quibus **Isis**, dea Aegyptiorum, celebrabatur, vitam aeternam profitebantur.



Item **Cybele**, dea genetrix ex Asia importata, a Multis Romanis celebrabatur.



Permulti milites **Mithram**, Persarum solis deum, colebant, cuius caerimoniis interesse feminis non licebat.




Populis subactis, ut suos deos adorare pergerent, permissum erat. Imago **Eponam**, deam Britannicam repraesentat.



Diana Ephesorum a Romanorum Diana valde differebat.



Sulis – Minerva e nympha quadam Britannorum illaque dea Romana composita erat.



Nulla fere religio interdicta erat, at **druidas**, Celtarum sacerdotes, Romani insectabantur, quod sibi resistere numquam desinebant.




Christiani, hetaeria periculosa habebantur atque gravissimis poenis afficiebantur. Tamen eorum numerus crescebat. Anno trecentesimo tertio decimo Constantinus doctrinam Christianam solam veram esse declaravit.

De rebus gestis Romanorum

Urbem Romam anno septingentesimo quinquagesimo tertio conditam esse scriptores narrant. Illo tempore aliquot agricolae prope Tiberim vicos munitos collacaverunt, qui paulatim in unam urbem confusi sunt.



Romulus Romam condidisse dicitur. Natus infans simul cum Remo, gemino fratre, a patruo scelesto expositus erat. At infantes feliciter servatos lupa quaedeam nutrivit.



Usque ad annum quingentesimum decimum reges imperium habuerunt. Tarquinio, ultimo rege, fugato libera res publica facta est, cui gubernandae quotannis duo consules creati sunt.



Primo Romanis finitimi fortes semper arcendi erant, sed magis magisque Romani gentes Italiae domuerunt. Anno ducentesimo quinquagesimo a. Chr. n. Romani totius Italiae domini fuerent atque circum Mare Internum plurimum valuerunt.



Romanis et cum Carthaginiensibus, populo Africano, et cum Graecis decertandum fuit. Ab anno ducentesimo sexagesimo quarto usque ad annum centesimum quadragesimum sextum inter Romanos et Carthaginienses ter pugnatum est.



Hannibal, Poenorum imperator, adulescens cum exercitu ingenti triginta sex elephantos secum ducens Alpes superavit, sed Romam expugnare non potuit. Anno centesimo quadragesimo sexto Romani Carthaginem deleverunt.



Plebeiis et patriciis dissentientibus bellum civile ortum est. Anno septuagesimo tertio a. Chr. n. Spartaco duce servi rei publicae arma intulerunt atque per duos annos legionibus Romanorum resistere potuerunt.



Caesar cum Pompeio de principatu decertavit. Pompeio interfecto Caesar anno quadragesimo sexto dictator factus est. Anno quadragesimo quarto a. Chr. n. a Bruto, Cassio, aliis necatus est, qui suspicati sunt illum regno studere.



Anno tricesimo primo Octavianus Augustus rerum potitus est, qui usque ad annum quartum decimum p. Chr. n. regnavit.



Stirps Augusti usque ad annum sexagesimum octavum regnavit. Anno insequenti quattuor imperatores exsiterunt. Deinde res Romanae diu florebant. Imperatores illustres velut Vespasianus, Titus, Traianus, Hadrianus, Marcus Aurelius (quem imago inferior monstrat) imperium auxerunt.



Tertio p. Chr. n. saeculo imperium Romanum labefieri incipiebat. Imperatores complures rerum potituri inter se certabant. Pretiis rerum venalium in immensum crescentibus imperium non diutius in pace contineri poterat.



Accessit, ut barbari undique imperio imminerent, quibus Diocletianus imperator aegre resistere potuit. Saepe Chrisiani rerum adversarum auctores esse arguebantur atque interficiebantur. Ut regnandi labores dividerentur, Diocletianus (CCLXXXIV – CCCV) parti occidentali imperii alterum imperatorem praefecit.



Constantinus imnperator, qui ab anno trecentesimo sexto usque ad tricesimum septimum regnavit, doctrinam Christianam recepit, imperium redintegravit, novum imperii caput Constantinopolim destinavit. Illo exstincto imperium anno trecentesimo nonagesimo quinto in perpetuum divisum est. Paulo post barbari Romam expugnaverunt.



Imperator Roma Ravennam confugerat. Anno quadringentesimo septuagesimo sexto imperator ultimus imperio partis occidentalis cessit. Regnum Byzantinum usque ad annum millesimum quadringentesiumum quinquagesimum tertium valuit. Deinde a Turcis occupatum est.

Vocabula

pag. 3
opus musivum: Mosaik
symphoniacus: Musiker
supellex, f.: Hausrat
opus figlinum: Töpferware
mundus muliebris: Schmuck

pag. 4
adumbrare: skizzieren
latifundiorum possessor: Großgrundbesitzer
publicanus: Pächter

pag. 5
cineribus obruere: mit Asche überschütten
opus tectorium: Wandmalerei
historiae fabulares: Göttergeschichten
fundamenta ponere: den Grund legen
exoriri: entstehen, ausbrechen
imperio cedere: abdanken

pag. 6
taberna: Laden, Wirtshaus
locare: vermieten
fax, facis, f.: Fackel
receptaculum: Behälter
restinguere: auslöschen

pag. 7
tubus: Rohr
puteus: Brunnen
haurire: schöpfen
balneum: Bad
sella familiarica: Toilette
sordes -ium, f.: Schmutz
subterraneus: unterirdisch
crepido: Gehsteig
editus: erhöht
cautus: vorsichtig
culina: Küche
pistrina: Bäckerei
popina: Gasthaus
locus planus: Erdgeschoß

pag. 8
obsonare: einkaufen
meridiatio: Mittagspause
luminar, n.: Fensterladen
torcular, n.: Presse
lucerna: Lampe
urceus: Krug
pistor: Bäcker/Müller
mola: Mühle
farina: Mehl
farinam subigere: einen Teig kneten
fornax lateraria: Ziegelofen
coquere: kochen, braten, backen
mercatus, us, m.: Markt
nundinae: Wochenmarkt
causa: Prozeß
horreum: Speicher
sufficere: zur Verfügung stehen
exonerare: entladen

pag. 9
statera: Laufgewichtswaage
scapus: Stiel, Schaft
distinctus: bemalt, markiert
discriminare: unterscheiden
aqua odorata: Parfum
argentarius: Geldverleiher
faenus, -oris, n.: Zins
cuprum: Kupfer
pecus, oris, n.: Kleinvieh
anceps: doppelköpfig
effictus: abgebildet
usurpare: verwenden

pag. 10
ansa: Türgriff
adplicare: befestigen
clavis, f.: Schlüssel
claustrum: Schloß, Riegel

pag. 11
coquus: Koch
olera, -um: Gemüse
ius, iuris, n.: Brühe, Suppe
focus: Herd
carbo, -nis, m.: Kohle
calefacere: erwärmen, erhitzen
coquere: kochen
frigere: rösten
vas fictile: Tongefäß
vilis, e: billig

olla: Topf
vasa coquinaria: Kochgeschirr
crater, -is, m.: Mischkrug
condimentum: Gewürz
pilum: Stößel
mortarium: Mörser
conterere: zerreiben
liquor: Flüssigkeit

pag. 12
puls, -tis, f.: Brei
cochlear, m.: Löffel
furcilla: Gabel
fercula: Gang
detergere: abwischen
promiscue: beide Geschlechter zusammen
triclinium: Sofa
placato stomacho: „wenn der Bauch voll war"
vomere: sich erbrechen
gustatio: Vorspeise
placenta mellita: Honigkuchen
dulcia: Süßigkeiten

pag. 13
patina: Teller
creta figularis: Ton
vitrum: Glas
perspicuus: durchsichtig
spissus: dick (-wandig)
insignire: kennzeichnen

pag. 14
armarium: Schrank
arca: Truhe
testudo, f.: Schildkröte
putamen, n.: deren Panzer
scamnum: Schemel
complicare: zusammenklappen
mensa escaria: Eßtisch
rectus angulus: rechter Winkel
ex longo rotundus: oval
spira: Sockel
lorum: Riemen
scorteus: aus Leder
funis, m.: Seil
stragulum: Matratze
tegumentum: Decke
pulvinus: Kissen

pag. 15
semen sesaminum: Sesamsame
materia fictilis: Töpferton
lucerna pensilis: Hängelampe
foculum: Kohlenbecken
concameratio: Hohlraum

pag. 16
laneus: aus Wolle
lineus: aus Leinen
xylinus: aus Baumwolle
bombycinus: aus Seide
subligaculum: Lendentuch
margo, -inis, f.: Rand, Saum
violaceus: violett

pag. 17
paenula: Mantel
solea: Sandale
calceamentum: Schuh
calceus: Stiefel
corium: Leder
anulus: Ring
fibula: Spange
sardonyx, -cis, m.: ein Halbedelstein
exsculptus: herausgeschnitten
monile, is, n.: Halsband
margarita: Perle
adamas, -antis, m.: Diamant
armilla: Armreif
auricula: Ohrläppchen

pag. 18
capillus promissus: langes Haar
crispus: lockig
unctus: gesalbt, geölt
recidere: stutzen
tonsor: Friseur, Barbier
calvities, m.: Kahlköpfigkeit
putidus: faulig, widerlich
capillamentum: Perücke
nodus: Knoten, Zopf
crines fingere: sich Haare machen
crines nexi: Zöpfe
anuli: Wellen
cincinni: Locken
calamistrum: Brennschere
comptus, -us, m.: Frisur
vitta: Haarband
gemma: Edelstein
acus dicriminalis: Haarnadel
eburneus: aus Elfenbein

pag. 19
infector sucus: Färbemittel
supercilium: Augenbraue
vellere: auszupfen

favilla, hier: Kohlenstück zum Färben
creta: Kreide
lagoena: Flasche
ruga: Runzel
unguentum: Salbe
speculum: Spiegel
purpurissum: Rouge
cerussa: Bleiweiß
unguis: Nagel
pigmentum: Schminke

pag. 20
stamina nere: spinnen
aemulari: nacheifern
nutrix, -icis: Amme
tabula cerata: Wachstafel
penna: Feder
atramentum: Tinte
immergere: eintauchen
calamus: Rohr
abacus: „Rechenmaschine"

pag. 21
incumbere (Dat.): sich mit etwas beschäftigen
certamen gymnicum: sportlicher Wettkampf
luctatio: Ringen
battuere: fechten
trochus: Reifen
alea: Würfel
pupus/pupa: Puppe

pag. 22
parvi stare: wenig kosten
surripere: stehlen
circumferri: zirkulieren
labrum: Becken
aestuare: kochen
vapor: Dampf
sudatio: das Schwitzen
hypocaustum: Fußbodenheizung
plumbeus: aus Blei

pag. 23
sapo, -onis, m.: Seife
infricare: einreiben
destringere: abschaben
gustatio: Imbiß
depsere: massieren
aliptes, -ae: Masseur
xystus: Park

pag. 24
caedes cruenta: Massaker
inferias instituere: ein Totenopfer darbringen
locus sordidus: Toilette
histrio, -onis: Schauspieler
obaeratus: verschuldet
rete, -is, n.: Netz
fuscina: Dreizack

pag. 25
velarium: Zeltdach
cavea: Zuschauerränge
pollex, -icis, m.: Daumen
redimere: erkaufen
obligatus: verbunden
camelopardalis, f.: Giraffe
struthocamelus: Strauß
sagittarius: Bogenschütze
fame confectus: ausgehungert
obtruncare: zerfetzen
(h)arena: Sand, Arena

pag. 26
praestigiator: Gaukler

pag. 27
pulpitum: Bühne
arcus, us, m.: Bogen
fornix, -icis, m.: Gewölbe
prodire: auftreten

pag. 28
caestus, us, m.: „Boxhandschuh"
particulum aereum: Metallstückchen
pilae lusus, us, m.: Ballspiel
conclave, -is, n.: Zimmer
ferae grandes: Hochwild
hamus: Angel (-haken)
latrunculis ludere: ein Brettspiel spielen
ludus talarius: Knöchelspiel
osseus: knöchern

pag. 29
habena: Zügel
colligatus: zusammengebunden
percutere: durchstoßen, durchschneiden
auriga: Wagenlenker
factio russata, veneta, prasina, albata: die rote, blaue, grüne, weiße Mannschaft
pignora ponere: Wetten abschließen
circuitus, -us, m.: Runde

pag. 30
tabulatum: Stockwerk

pag. 32
summovere: verdrängen
triticum: Weizen
hordeum: Gerste
sementis, f.: Aussaat
buris, m.: Krummholz
vomer, -is, m.: Pflugschar
messium tempore: zur Erntezeit
falx, -cis, f.: *Sichel*
stipulae: Stoppeln
culter, -ri, m.: Messer
praeditus: versehen mit
tritura: das Dreschen
palea: Halm
recondere: aufbewahren, lagern

pag. 33
vindemiae: Weinlese
fiscina: Bütte
baculum: Stock
conculcare: zerstampfen
torcularium: Kelter
arbor pomifera: Obstbaum
surculus: Reis
inserere: aufpfropfen
suppeditare: liefern
anas, -atis, f.: Ente
mulgere: melken
piscina: Fischteich
lepus, -oris, m.: Hase
perdix, -icis, f.: Rebhuhn
phasianus: Fasan
palumbes, -is, m.: Wildtaube

pag. 34
opifex, -icis: Handwerker
impensa (Plur.): Kosten
molere: mahlen
mola aquaria: Wassermühle
gemmarius: Juwelier
flatus, -us, m.: das Blasen
figurare: formen
lignarius: Tischler

pag. 35
figulus: Töpfer
sutor: Schneider
calceus: Schuh
caliga: Soldatenstiefel
soccus: Pantoffel
solea: Sandale
lanificium: das Weben
textrinum: das Spinnen
fullonica: das Walken
fullo: der Walker
urina: Urin
madefacere: naß machen
condensare: verdichten
nitrum: Soda
creta fullonia: Walkerde
textum: Stoff
calcare: treten
exalbescere: weiß werden, bleichen
tabulatum: Gerüst
sulphureus: Schwefel-
cardua: Distel
pelles erinaceorum: Igelhäute
infercire: hineinstopfen
siccare: trocknen
complicare: zusammenfalten
prelum: Presse
levigare: glätten
negotia explicare: Geschäfte abwickeln
pecuniam redigere: Geld verdienen

pag. 36
lapicidina: Steinbruch
dissecare: zerschneiden
polyspaston, -i, n.: Kran
pertundere: durchstoßen
cuneus: Keil
perfundo, fudi, fusus: durchtränken
inserere: hineinstecken
intumescere: anschwellen
confringere: zerbrechen, sprengen
serra: Säge
erigere: errichten
statumen, -inis, m.: Stütze
curvatus: bogenförmig
pilum: Pfeiler
cuneatus: keilförmig

pag. 37
arenatum: Mörtel
gypsare: verputzen
calx, -cis, f.: Kalk
glarea: Kies
later, -is, m.: Ziegel
argilla: Ton
percoquere: hier: brennen
udus: feucht, naß
tectorium: Wandmalerei, Stuckarbeit
artifex, -icis: Künstler
polire: glätten
sublica: Pfahl

antlia: Pumpe
vimina contexta (Plur.): Flechtwerk

pag. 38
caerimonium: hlg. Handlung, Gottesdienst
lararium: hlg. Schrein
lares, penates: Schutzgottheiten des Hauses
simulacrum: (Götter-) Standbild
propitius: gnädig
sacra perpetrare: Opfer darbringen

pag. 39
virginitas: Jungfräulichkeit
stricte: streng
fatiloqua: Seherin
spelunca: Höhle, Grotte
vaticinium: Weissagung
in ancipiti esse: sich in einer Krise befinden
volatus, -us, m.: Flug
tonitrus, -us, m.: Donner
iecur, -is, n.: Leber
pullus: hier: Huhn
pascere: (Tiere) halten
astrologus: Sterndeuter
sortilegus: Wahrsager

pag. 40
pompa: Festzug
hostia: Opfertier
inclitus: berühmt
consecrare: weihen

pag. 41
debilis, e: schwächlich
mancus: verkrüppelt
exponere: aussetzen
amuletum: Amulett
limen, -inis, n.: Schwelle
funus, eris, n.: Bestattung
laudatio funebris: Leichenrede
rogus: Scheiterhaufen
cinis, -eris, n.: Asche
tumulus gentilicius: Familiengrab
silicemium: Leichenschmaus

pag. 42
manu missio: Freilassung (eines Sklaven)
civitas: hier: Bürgerrecht
negotiator: Geschäftsmann
ambire: sich bewerben
inclinare: hinwenden

pag. 43
gubernare: steuern, lenken
sumptus, -us, m.: Ausgabe
res numarii: Geldwesen

pag. 44
liberalia studia: Bildung und Wissenschaft
confluere: zusammenströmen
ars impressoria: Druckerkunst
charta: Blatt
conglutinare: zusammenkleben
volumen, -inis, n.: Schriftrolle
convolvere: zusammenrollen
membrana: dünne Haut

pag. 45
antisepticus: keimfrei
soporiferus: betäubend
sectio chirurgica: Operation
mixtura: Mischung
antiquitus: von alters her
vis medicatrix: Heilkraft
victus, -us, m.: Lebensweise, Diät
laxare: lockern, abführen
excrementum: Ausscheidung
fasti (Plur.): Kalender
annus intercalarius: Schaltjahr

pag. 46
stipendium: Kriegsdienst
levis armatura: die Leichtbewaffneten
gravis armatura: die Schwerbewaffneten
mercennarius: Söldner
lorica: Kettenhemd
thorax, cis, m.: Panzer
braca: Kniehose

pag. 47
aquilifer: Adlerträger
vicarius: Stellvertreter
contubernium: Zeltgemeinschaft
tentorium: Zelt
auxilia (Plur.): Hilfstruppen
se adiungere: sich anschließen

pag. 48
stragulum cubicularium: Schlafzeug
cibarium: Essensvorrat
saepimentum: Zaun
valetudinarium: Hospital
scriba: Schreiber
ferreus: eisern
conglobare: zusammendrängen
arte (Adv.): eng, dicht

pag. 49
navis actuaria: Galeere
transtrum: Ruderbank

pag. 50
exceptus: ausgenommen
recta regione: geradeaus
lapis miliarius: Meilenstein
raeda: Reisewagen
rota: Rad
lectica: Sänfte

pag. 51
umbo, -nis, m.: Randstein
via principalis: Hauptstraße
statumen, -inis,n.: hier: Unterbau
silex, -icis, m.: Kiesel
declivis: geneigt
velum: Segel

pag. 52
capitulum: Kapitell
columna: Säule
quadriangulus: viereckig
fastigium: Giebel
designare: entwerfen
distare: auseinanderstehen
secare: hier: sich überschneiden
apsis, -idis, f.: Apsis
ambulatio: Wandelgang
porticus, us, f.: Säulenhalle

pag. 53
tholus: Kuppel, Kuppelbau
procerus: hier: in die Länge gezogen
in aequo: auf ebenem Boden
monti accubare: in einen Hang
hineingebaut sein
supertegere: überdecken
orthographia: Querschnitt

pag. 54
sata (Plur.): die Saaten
partus, -us, m.: Geburt

pag. 55
mysterium: Geheimkult
arcanus: geheimnisvoll
dea genetrix: Muttergottheit
hetaeria: Geheimbund
doctrina: Glaube

pag. 56
Mare Internum: Mittelmeer

pag. 57
suspicari: argwöhnen
arguere m. Gen.: einer Sache
beschuldigen

EX LIBRIS

ARMAUIRUMQUE